

GK
211
QK. 211. 3 MATERIA COLLOQVII,

IN

SYNODO

MINISTERII MULHUSINI,
DIE XV. JULII

ΣΤΝ· ΘΕΩ

Fraternâ Collatione piè ventilanda.



X 202 3983



MULHUSI,
Typis JOHANNIS STANGI,
ANNO
M. DC. XXXIII.

1245.

718. 11

COLLOQUIA
ACADEMIAE

1660.


ODOY?

MONTIS MARCHIENSIS

PLATE. V. 1660.

1660. 1660.

COLLOQUIA ACADEMIAE



AD
REVERENDOS, CLARISS. ET DOCTISS.
VIROS
IN ECCLESIA REIPUBL. IMPERIALIS
MULHUSINÆ, VERBI DIVINI
PRÆCONES,
DN. SYMMISTAS ET FRATRES IN
CRISTO plurimum dilectos,
Præfatio
M. ANDREÆ CRAMERI Superint.

VIRI Fratres, College in Christo dilectis. Sapienter &
piè à Majoribus nostris constitutum esse arbitror, ut quæ
annis totius Ministerij Synodus celebretur, procul dubio eo fine,
ut $\omega\delta\tau\epsilon\gamma\pi\alpha\lambda\kappa\sigma\tau\alpha$ eis oīnodouλει $\tau\omega\mu\pi\tau\theta\pi\chi\epsilon\zeta\pi\mu$ pium
inter præcones Verbi Colloquium instituatur. Que laudabilis
consuetudo, quia aliquatenus interrupta stat; objecto bellicorum
rumultuum impedimento, In nomine JESU Christi ex Consensu
Dn. Confratrum Urbicorum jam restauratur. Moris autem
fuit (uti audio) superioribus temporibus, ex locis Theologicis
seriatim continuatis materiam feligere & proponere, atq. in thesi
& antithesi doctrinæ cœlestis veritatem venilare, ut $\omega\lambda\kappa\mu\delta\tau\pi\pi\mu\delta$
 $\tau\pi\pi\mu\delta\pi\pi\mu\delta\pi\pi\mu\delta$ luculentius ex contrarijs juxta se positis elucescere,
& controversiarum ab Adversarijs motarum vanitas, clarus
enitescere potuerit in fraterna sententiarum collatione. Hanc
methodum jam ex prægnantibus causis suspendimus, aliumq. no-
bis præfigimus scopum.

Noihm sanc est, quantam cladem Christianismo intulerit
effera

efferā militum per aliquot annos in Diæcesin nostram effusorum
et apud nos hospitium barbaries, ut nihil dicam gravius.
Hinc sane impietatis semina in omnes incolas non tecte sparsa et
insinuata, sed aperte diluvij instar transfusa et inundata, agrum
Domini fædissime deturparum, ut si quis Christianæ vitæ vesti-
gia requirat, cum Diogene in clarissimo sole luce accendere et
accurate undique vestigare, necesse habeat. Hic verò nostri
est muneris, omni studio et diligentia elaborare, ut apud auditio-
res nostros accurata attentione et indefessa vigilancia vitiorum
impetum notemus, fontem extinguiamus, fibras evellamus, con-
cupiscentiam retundamus, carnem confodiamus, spiritum exci-
temus, lucidam præfiguremus, robur suppeditemus, fidem munia-
mus, ut veri Christianismi via cum omnibus passibus et vestigijs
demonstretur, adeoq; auditor nolens volens videat, quomodo ex
impietatis laqueis extricatus, solida cordis ~~re~~^{ad} Christo Do-
mino adhaerere, et contra Satanam, Mundum, carnemq; luctari
et victoria potiri queat. Hic certè accurata opus est Xerar-
yvia, qua auditores, si dociles sunt, per recta deducamus vesti-
gia ad præfixum scopum; si refractarii, ita convincamus et con-
stringamus, ut tandem reddantur aut exata negetur et atra no lo-
ytor. Sic nos Ministri sumus puri ab eorum sanguine, qui pro-
pria pereunt per vicacia.

Maxima hic auxilium requiritur in Verbi Ministro, ut o-
mnes sui officij partes undique legimus tueatur, ut neq; igno-
rantiæ, neq; negligentiæ uspiam arguatur. Non sufficit per ho-
ram in Cathedra de generalibus doctrinæ capitibus vel contro-
versis vel non controversis coram populo perorare, et proponere
forsitan ea, quæ neminem in auditorio attingant et penetrent.
Paulus ait, se auditorum fidem ex certis pernoscere indicis, ut
quod uspiam eidem deest, apta informatione suppleat; 1. Thess.
1,3. Cap. 3,5.10. Se itidem auditorum Charitatem certis probare
indicis,

indicijs, ut Christianismi fiducia p̄ducatur inde estimet 2. Cor. 1, 8. 9.
Cap. 7, 12. Cap. 8, 8. Eadem ratione nobis itidem in Ministerio
noſtro procedendum fuerit, ut eodem recte defungamur. Testa-
tur Paulus in Actis Apostolicis Cap. 20, 20. 31. se non tantum
diuinitatis, ſed etiam naſo oīus veri Christianismi vestigia, pro-
qualibet oblatâ occaſione demonſtrasse, & nocte dieq; inculcasse,
idq; ex Christi ipſius impulſu ſe coagula, ut ait Rom. 15, 18. Hinc
ſuum exemplum proponit Timotheo, & omnibus Ministris, ut id
ipſum in imitationem trahatur 2 Tim. 3, 10. Monet, ut Sinaīq; w
nō aīāgōs verbum inculcetur 2. Tim. 4, 2.

Arduum ſane negocium fuerit, auditorum Christianismū
ſuis proprijs indicijs probare, indeq; eisdem arguere, commo-
ne facere, retundere, promovere, erigere, proſternere, & cuilibet
ſuum dare ſit ueritatem. Hic verò carnis contra ſpiritu[m], ſpiri-
tu[m]q; contra carnem luſta cognita Ministro ſit neceſſe eſt, ut ex
coecis latibulis auditorem in claram protrahere lucem poſſit, &
eundem ex veris veri Christianismi principijs confundere &
convincere, ut pudefactus erubescat, ſi non in facie, ſaltem in-
corde. Ecce (inquit DEI Minister) hic Spiritus luſtatur &
erigit ſeſe; Hic caro prævalet, hic dominatur, hic Satanas re-
gnat &c. Hac omnia ſuis explorare indicijs, atq; tum regni DEI
rationes, tum iyrannidis Satanae vias pernoscere & eruere ex
Biblijs, maximè intereſt, ut veri Christianismi quaſi idea,
quađam ſit cognitiſima.

Ut ergò quandam quaſi manu ductionem ad hanc medita-
tiones hocce tempore maximè neceſſarias præberem, non tantum
publicavi delineationem Christianismi ex anniversarijs Evan-
gelijs ritè edificandi, Sed inde etiam collectam materiam Collo-
quij in Synodo noſtra die 15. Julij instituendi in numero Conven-
tu Ministeriali Dns. Confrarum Urbicorum publicavi, quæ
per ſortem diſtributa tranſmittitur. Hoc jam coronidis loco.

amicè

amicè moneo, ut Reverendi Dn. Confratres, quibus quindecim
priores quæstiones obtigerunt, non tam ubertatem in doctrinae
capite proposito conseculari, quam fidei in proposita doctrina exer-
cium per luctam spiritus & carnis Christianismi ædificatio-
nem & consolidationem quarentis delineare velint; Quibus
vero quinq[ue] ultimathemata fuere oblata, ad superiora doctrinae
capita me non monente respicient & propositas quæstiones exin-
de breviter nervoseq[ue] explicabunt. Faxit Salvator noster Je-
sus Christus, ut hic noster labor ad sui nominis gloriam & Regni
sui adificationem vergat Amen. Mulhusij die 31. Maij
Anno 1633.



IN NOMINE SALVATORIS JESU
AMEN.

THEMATA FUTURI COLLOQVII.

I. Dn. M. Justus Schidæus.

In Ad- De Salvatore promisso à Jehovah, expectato à San-
veniu. & tis V. T. unde salutis restitutio dependet.

II. Dn. Hieronymus Ehrius.

De eodem Salvatore, ad judicium destinato à Deo;
expectato à pijs.

III. Dn. M. Casparus Mehlbach.

In Fer. De Salvatore per nativitatem exhibito ad nostrum
Natalit. gaudium.

IV. Dn. Andr. Cramerus Superint.

De Salvatoris Regno duplici (1.) sub Cruce igno-
miniosa, (2.) in luce gloriofa.

V. Dn.

<i>V. Dn. Johannes Cunhold.</i>	
<i>De Nomine IESU, quo comprehenduntur compendiosè beneficia Salvatoris.</i>	<i>In Festo Circūcis.</i>
<i>VI. Dn. Christophorus Trutiger.</i>	
<i>De Salvatore tum Gentibus in stabulo Bethlehemitico, tum Judæis in Templo Hierosolymitano præsente Simeone & Hanna, patefacto.</i>	<i>In Festo Triū Re-gū & Pūrificat.</i>
<i>VII. Dn. M. Quirinus Oswald.</i>	
<i>De primo Salvatoris Verbo & facto publico, (quod quidem in scripturas relatū est) Ubi de obædientia Christi contra nostram inobædientiam.</i>	<i>Dom. 1. Epiph.</i>
<i>IX. Dn. M. Liborius Gallus.</i>	
<i>De miraculis à Christo perpetratis ad patefactionem suæ Majestatis & gloriæ ex prædictione Prophetarum.</i>	<i>Dom. 2. 3. 4. Epiph.</i>
<i>X. Dn. Benjamin Oswald.</i>	
<i>De concionibus Christi tum parabolicis tum claris & apertis, in quibus nihil, nisi quod à patre audijt & didicit, mundo proposuit ad viam salutis demonstrandam.</i>	<i>Do. Sep. Sexages. Quinq.</i>
<i>XI. Dn. Christianus Eilmari.</i>	
<i>De Verbi divini amore & studio, quo tum sollicitudo seculi, tum persecutio mundi superatur.</i>	<i>Dom. In-voc. Rem Oculi.</i>
<i>XII. Dn. Georgius à Reis.</i>	
<i>De passionis & mortis Christi merito lōge maximo.</i>	<i>Dom. Le-tar. Jud. Ex memo-ria hist. Passionis.</i>
<i>XIII. Dn. Paulus Ehrius.</i>	
<i>Hinc de Regno Christi spiritualia beneficia complexo explicatio est facilis.</i>	<i>Domin. Palm. 5. Fest. An. Die Vi-riatum.</i>
<i>XIV. Dn. M. Bernhardus Gravverus.</i>	
<i>De Cœnæ Mysterio, in quo beneficia regni offeruntur & applicantur.</i>	
<i>XV. Dn. riaum.</i>	

XV. Dn. Johannes Knorre.

Fest. Ref.

De Resurrectione Christi gloriosa, unde nostra fluit
Resurrectio tum Spiritu alis tum Corporalis.

XVI. Dn. Sebastianus Lübeck.

Praxis
ex super-
rioribus.

De Fide in Christo fundanda, ut beneficia parta ad
Justificationem nostram participemus.

XVII. Dn. Andreas Mullerius.

De Fidei vita ex Christi unione spirituali nobiscum
facta, accessa, unde fluunt bona opera.

XIX. Dn. Andreas Semmann.

De Fidei lucta & Victoria contra omnia objecta im-
pedimenta, fidei fiduciam & Vitam labefactantia.

XIX. Dn. M. Sebastianus Beyeroth.

De Papatus Amor ex vero salutis fundamento
haec tenus monstrato.

XX. Dn. Bernhardus Eisenhart.

De hypocritica falsorum Christianorum defectione
ex eodem salutis fundamento.

F I N I S.



GK
211

QK. 211. 3 MATE

S Y N

MINIST

Fraternâ

Typis J o



8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

Kodak
LICENSED PRODUCT
KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

III
Yd
2320

X 202 3983

1245.

